Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



ingenio vereatur hunc mundi stupo-
rem ⁊ diuine sapientie fontem. Augustinum
inexplicandarum rerum facilitate. Pla-
tonem. In referandis nature Archanis
Aristotelem. In affirmādis veritatibus
Claudianū. In persuadendi officio Ci
ceronē. In ornatu Demostenē. In nar-
randis hystorijs Liuiuz. In refellendis
alienis Lactantium. In interpretatio-
ne Hieronymū. In nūero ⁊ copia libro-
rum Marcum Terentiuz Varronē Cal
cidorum Origenem ⁊ alios demum sin-
gulos in singulis superasse. Ob eaz rem
Lipzianus ait. Sileant doctores omnes
vbi os mellifluum aperitur Augustini.
Ob eam causam Possidoni⁹ cum cete-
ros laudaret doctores cecinit. Si Augu
stinus adest sufficit ipse tibi. O sol reful-
gens cuncta illuminans. O mentium cel
situdo ⁊ omnium ingeniorum profundi-
tas. Augustine. Unde tuis ex visceribus
tā innauigabile oceanū sapiētie defluxit.
vñ tibi tāta arcanoz cognitio. vt nihil ob
scuz difficile. nihil dubiū. nihil demū ab
ditū ⁊ optū essz. ân illud reseraueris atq;
patefeceris. Profecto nil aliud arbitran
dum esse censeo. nisi q; Jesus christ⁹ ho-
minis deiq; filius vera ⁊ eterna sapientia
sic in suum te elegerit domicilium. vt om-
nes ex te scientie ac sapientie fontes sca-
turirent. quibus omnez vniuersamq; mū
di machinam irrigares. atq; irrigatam in
salutem omnium gentium fecundares.
Quid amplius Reuerendissimi domini
de hac celsitudine paradisi Augustino di
cam. Refulsit vt sol Augustinus. quoniā
sicut sol sui magnitudine saturnū vene-
rem martem ceteroscz superiores et infe-
riores planetas excellit. ita Augustinum
omnes antique ⁊ noue legis viros san-
ctos quouismodo superasse non ambigi-
mus. Testis est di⁹ Prosper. qui eum
hisce verbis ceteris sanctis prefecit. deus
pater pernigenitum filium suum cuncta
creauit. ⁊ creaturas singulas aliquo gra-
du perfectionis dotauit sed beatum Au-
gustinum ad imaginem trinitatis creatū
adeo sublimauit. alta scilicet intelligētia.
memoria lata. voluntate inflammata. vt
nullus excepto filio dei Jesu christo sibi
fuerit similis inuentus. Testis est Basi-
lius. qui asseruit eum speculum ⁊ normaz
et extitisse in natura. atq; beatum beato-
rū. sanctecz matris ecclesie precipuū fun-
damentum ⁊ propugnaculum atq; splē-
dorem. necnon tranquillitatis meridiē. ca
ritatis ⁊ feruoris plenitudinem columnā
mundi. genus sapientie. arcam Noe. an
tique ⁊ noue legis fructum. omnis sancti
tatis exemplar. fontem vite. lumen orbis.
in cuius splendore tota ecclesia irradiat.
lumen indeficiens quod cuncta illumina
uit. Cunctos illustrauit. Cunctos in te-
nebris relenasset iacentes asseruit. Testz
est Audax doctor egregius. qui spiritua-
lis vite instauratorem ⁊ eterne salutis dis
pensatorem esse predicauit. Testis ē Re
migius. qui cū alios sanctos stellis hunc
tm̄ soli comparuit. quoniā sicut stelle in-
quit lumen a sole recipiunt. ita ⁊ ceteri ve
re sapiētie lumē ab Augustini fonte emi
nentissimo hauriūt. ipsumcz haustum in
alios effundūt. Testis est arabs ille Avi
cenna. omnium quidem medicoū prin-
ceps meritissimus. qui hunc solem tantā
possidere sapientiam testatus est. quanta
humane mēti tribui pōt. Testis est Pau
linus Pontifex. qui cum in omnium mi-
nisteriorum profunditate. viteq; sanctita
te. cum obtinere primatum admiraretur
quid eo dignum laudis caneret. se nesci-
re professus est. nisi q; cum natura homo
esset. gratia sit angelus effectus. Testis ē
Severus episcopus. qui illud examen fa
uumcz mellis non quidem mortalibus a
pibus. sed diuina arte fabricatum dixit.
ex quo omnium florum dulcedo. omni-
um sapotum suauitas. omnium odorum
amenitas. omnescz rozis pinguedo ma-
naret. Testis est Possidoni⁹. qui nō mo
do singulos ecclesie doctores scientia. in-
genio moribuscz viciisse. sed etiam sup ce
rubin ascendisse. volasseq; super pennas
ventorum. dicere solitus est. Testis est
Volusianus. qui legi dei deesse inquit. ac
quid Augustinum contingerit ignorasse
Testis est Anastasius. qui tanti eum fe-
cit indicere ausus fuerit. q; sicut solis pre
sentia omia lumina obumbrātur. sic Au
gustini sanctitate omnium seruorum dei
⁊ culpabilis ⁊ reprehensibilis appareret.
Testis est vir sanctus et mediolanensis
antistes Ambrosius qui postcz de sacro-
sancte baptismatis fonte eum regenera-